



XI. 1<sup>8</sup> Q.

(cat. 4, 22-33<sup>b</sup>)

DE  
LEGATIS  
ACADEMIAE LIPSIENSIS  
AD CONCILIVM CONSTANTIENSE

COMMENTATIO HISTORICA

D. FRIDERICI IMMANVELIS SCHWARZII  
THEOL. PROF. ORD. ET FACULTATIS THEOLOGICAE  
H. T. DECANI



LIPSIAE  
EX OFFICINA KLAUBARTHIA.

DE

LEGATIS  
ACADEMIAE LIPSIENSIS  
AD CONCILII CONSTANTINENSE  
COMMUNICATIO HISTORICA  
D. LUDERIUS IMMUNITAS SCHAWRZI  
THEATRUM PORT. Q. D. ET ESSENTIALE HISTORICOGRAPHICO  
B. T. FIGVRA.



LIBRARY

EX LIBRIS KARL VON KLEIST

**Q**uod ex eo tempore, quo vniuersitates literarum constitutae sunt, in conuocandis ecclesiae concilis obseruari solebat, ut academicci doctores ad ea et inuitarentur, et in iis ad sententiam, tam de haeresibus opprimendis et damnandis, quam de dogmatibus fidei explicandis atque confirmandis, quam denique de ritibus, disciplinis et moribus instituendis, mutandis, corrugendis vel abrogandis dicendam adhiberentur, id quoque in concilio Constantiensi, ob diuturnum schisma post obitum Gregorii XI. ortum in ecclesia A. MCCCLXXVIII. cui in concilio Pisano mederi frustra tentatum erat, ad dissidia componenda, haereses extirpandas, et reformationem ecclesiae quoad caput et membra suscipiendam, vel saltem tentandam, conuocato a Sigismundo, Hungariae rege et imperatore romano anno decimo quarto saeculi decimi quinti et ad annum usque decimum octauum protracto, contigit. Ita nimur conuenierat inter Sigismundum et Ioannem. XXIII. qui concilium vniuersale Romae congregare frustra tentauerat<sup>1)</sup> ut Constantia in Dioecesi Moguntiensi celebrando concilio eligeretur, quod tam in Caesaris edito in villa Viglud dielunae, penultima mensis Octobris MCCCCXIII. scripto, quam in bulla Pontificis Laudea V. Idus Decembris eiusdem anni data, affirmatur.<sup>2)</sup> Cui mandato tam principes Germaniae, quam reges Franciae, Angliae, Scotiae, Arragoniae, Neapolitanae, Cypryi, Dacie, Norwagiae, Sueciae, Poloniae, ac principes alii, qui legatos, (Acta Concilii Ambassiatorum dicunt) eo mittebant, quam denique Archiepiscopi, episcopi, abbates et e Clericis bene multi, ita et academie morem gesserant. Aderant enim legati academiae Parisinae in quibus eminebat Cancellarius eius vere illustris, Iohannes Gerson, quem animam concilii illius merito dixeris, aderant praeterea legati academiae Oxoniensis, Pragensis, Colonensis, Viennensis, aliarum<sup>3)</sup>

## A 2

e qui-

1) Pauci comparebant, et non nisi vna sessio habita, tamque obscurum et ignotum fuit concilium illud, ut Hieronymus Pragensis cum a. MCCCCXVI. in examine concilii Constantiensis ad confessionem edendam prouocaretur, quod Iohannes XXIII. concilium generale Romae MCCCCXII. palam et publice celebauerit, nihil mihi respondebet, de eo constitut, an huiusmodi

concilium fuit Romae celebratum; imo quod factum suisset Pisis, credebam. Hardt Acta Conc. Const. tom. IV. p. 635.

2) Tam illud, quam haec legitur in Hardti Actis Concilii Constantiensis tom. VI. p. 5. et 9.

3) Dacher Historia Magnatum in Constantiensi Concilio primis concilii annis XIV. et XV. in Hardti Actis Conc. Const. tom. V. p. 10. seq.

e quibus vnam praecipue, nostram scilicet academiam, tum recens constitutam, in primis nominasse iuuabit, quae et suos legatos eo misit, quod consilium vti tum necessitas quedam efflagitabat, quia de discessu et magistrorum et studiosorum ex vniuersitate Pragensi, eorumque commigratione Lipsiam facta, et originibus academiae nostrae tum quidem datis in illo ipso concilio agebatur, ita ipsa legatio de auctoritate academiae recens constitutae testimonium perhibet, et ad omnem posteritatis memoriam insignis est. Nec dubito, studio memoriam huius legationis apud se conferuandi ex parte deberi acquisitionem aliquot Codicum MSC. de historia Concilii Constantiensis, qui a maiori collegio principum, in cuius bibliotheca olim adserabantur, ad bibliothecam academicam transferunt, in cuius thesauris sancte custodiuntur; quibus usus est Cel. Hardtius in conficiendo vasto opere historico de oecumenico Constantensi Concilio, qui magnum fauorem virorum illustrium, Menkenii et Pfauzii, quorum beneficio usum eorum se debere ait, impense laudat in Prolegomenis ad tom. I. p. 15. et hoc in primis memoriae prodidit, quod monstratio et exhibitiō eorum Serenissimum Ducem Brunsuicentem, Rudolphum Augustum, permouerit, ut reliquos codices MSC. e scriniis Germaniae tabulisque reconditis eruere iuberet, adeoque noster codex toti operi originem daret; et praeterea vni ex illis, codici nimurum MSC. plenorū Actorum Concilii Constantiensis, descripto a Mag. Thoma Wernerio de Brunswigk. A. 1464. ingens statuit pretium in Prolegomenis ad tom. IV. p. 14. Idem ille Hardtius in Prolegomenis ad tom. V. historiae Conc. Const. p. 15. id se in votis habere affirmat, vt, quod lete iucundum et ad illustrandam historiam concilii illius mirum quantum collaturum esse, merito existimat, omnium imperi Electorum, qui Concilio interfuerunt, principum, comitum, baronum, nobilium, deinde cardinalium, archiepiscoporum, episcoporum, abbatum, doctorum, theologorum, iureconsultorum, medicorum, politicorum, philologorum, oratorum historicorum, poetarum, scriptis quoque de orbe literato optime meritorum, qui Constantiae in concilio floruerint, omnium, vel saltem praecipiorum res in ecclesia et republica inque ipso concilio praeclare gestae ex antiquis tabulis curate pertexantur, simul vero dolet, parcus maiores descripsisse ac literis consignasse virorum eruditorum vitas, facta, et fata, quae exemplo posse esse postteris, quod nos quoque valde dolemus. Celeberrimi tamen, et de illa historiae ecclesiasticae parte meritissimi viri huius consilio excitati, quantum in tanta monu-

mentorum rerum, illa aetate gestarum, inopia licebit, memoriam legatorum academiae Lipsiensis ad Concilium Constantiense recolemus, hoc potissimum fine, ut, quantum auctoritate academia nostra tum quidem primo lustro nondum exacto apud ecclesiam valuerit, ut huius doctores ad consilia de rebus arduis mature adhiberentur, testimonio quodam illustri confirmetur, nec non, quae in illo concilio de academiae nostrae ortu, qui a turbis, per Husum excitatis, ab hostibus eius in illo disertis verbis, Husso admodum grauibus et contumeliosis, deribabatur, acta sunt, clarissim ob oculos ponantur, ac denique, quantorum malorum in sancto illo scilicet concilio testes fuerint, quae numerum prope ac fidem superant, vberius constet.

E Saxonia, Misnia et Thuringia, quantum ex historia et illius temporis et concilii cognoscere licet, ad concilium profecti sunt Rudolphus III. Saxonie dux et Elector, e gente comitum Ascaniae, et cum eo CLXXX personae; Hercules, dux Saxonie,<sup>1)</sup> Nicolaus Lübecanus, episcopus Mersburgensis, Guntherus comes de Schwarzburg, Conradus, Abbas Pegauiensis, et professores academiae Lipsiensis, Theologi M. Iohannes Otto de Munsterberg ac D. Petrus Storck, et Philosophus M. Albertus Wahrentrappius. Rudolphus noster comes aderat Imperatori Sigismundo in ingressu in urbem die lunae XXIV. Dec. A. MCCCCXIV. vti ex Ulrico Reichenthalio et Eberhardo Dacherio,

A 3

qui

4) Inter principes Saxonie, qui concilio interfuerunt, non nominatur Fridericus Bellicofus, Marchio Milniae, cuius legati in Actis conc. commemorantur apud Coletum tom. XVI p. 1420. ex parte Marcgravii de Meichsen XX. personae, et Iohannes Goch, praepositus et Canonicus Misnensis et tres ciues cum X. personis, et apud Hardtium tom. V. p. 29. Ex parte Marchgravii de Meichsu XX. Figmentum igitur est, quod nobis apponit Hanckius de Silesis indigenis eruditis, Fridericum Bellicofum hortatu Caesaris ad Concilium Constant. Episcopos suos, Nicolaum, Martisburgensem, Gerardum, Numburgicum, et Iohannem, Misnensem, (si modo fuisse tum Episcopus) misisse. Licer enim Fridericus Constantiae durante concili-

lio fuit, tamen sero et post dira Hussi et Hieronymi fata, itemque post reditum Caesaris ad concilium die Iovis XV. Aprilis feria quinta Pasch. A. MCCCCXVII. demum Constantiam venir, non eo quidem fine, ut concilio intercesset, verum ut solemni ritu a Caesarie investiretur, suasque ditiones vna cum oppidis quibusdam Bohemiae, quae armis sibi subiecerat, e Caesaris manu acciperet; cum vero Caesar, non quidem inuestituram, sed oppida ramen Bohemia ei denegaret, princeps bellicofus id indigne ferens subito Constantiam vna cum inuestitura petita die XII. Maii reliquit. Caeterum Dacherius auctor est, eum inter omnes principes Constantiae praesentes maiori ministrorum decore, vestitus splendore,

et

qui tum Constantiae praesentes erant, refert Hardt;<sup>5)</sup> Rex nimis certiorum fecerat papam de aduentu suo, rogaueratque, ut cum missis aduentum suum praefolari dignaretur. Notu itaque considentes naues Constantiam circa medianum noctem adveoti sunt rex ipse cum Barbara regina Cilliæ comitissa; sequebatur etiam regina Boſnenſis Elisabeth, filiola imperatoris unica, et Alina Comitissa de Wurtenberg ex Burggrauis Norimbergenſibus nata. Associatus regi dux Saxoniae Rudolphus. Erat autem frigus. Vnde duæ sunt mulieres in aestuarium, ut calefacerent se ad horam. Deinde cum faculis ardentibus intrauerunt ecclesiam cathedralem, in qua Papa Iohannes cantauit primam missam. Rex vero legit Evangelium: exiit decretum a Caſare Auguſto etc. in habitu diaconorum. Quam rem Theodericus Vrie in hiftoria Concilii Conſtantienſis lib. VI. Difſinſt. IV. vberius defcripsit:<sup>6)</sup> intravit igitur Rex illius ciuitatis ecclesiā cathedralē in qua Dominus Iohannes papa aduentum eius praefolabatur; folio regis a dextris summi pontificis ornatiſſime ac decentiſſime praeparato. Ad dextram vero regis reginae ſedes parata fuit. Erat igitur habitus regis cappa rubea, et corona imperialis capitū eius circum amicta. A dextris eius stetit Marchio Brandenburgenſis. continens manus sua ſceptrum regale. Et dux Saxoniae adſtabat, gladium euaginatum ostentans. Inter ſummum pontificem et Serenissimum Principem regem adſtitit comes Ziliae, ſocer regis, pomum rotundum habens in palma. Itaque princeps ecclie fidelifimus, rouanorum rex et ſemper Auguſtus, legit Euangelium: exiit edictum a Caſare Auguſto. Completa vero leſtione dominus apofolitus contulit ei gladium, quo ecclieſam defendere deberet viribus totis. Iurauitque rex ille fidelifimus, ſe id pro poſſe ſemper impleturum.

De Nicolai, Episcopi Mersburgensis, praesentia in concilio, in quo ſimul vices Archiepiscopi Magdeburgensis ſuſtinuit, teſtantur acta illius; et Theodericus Vrie. l. c. Difſ. V. de episcopis Germaniae praesentibus haec memoriae prodidit: *De Alemannia fuerunt venerandi patres, Archiepiscopus Moguntinus, Archicancellarius, Salzburgenſis, Heribipolenſis, Patauienſis, Ratiſbonenſis, Brixienſis, Lubecenſis, Mersburgensis, Auguſtensiſ, et Rigenſis, qui ſolenni comitia ciuitatem Conſtantinem intrauerunt.* Guntherus Comes de Schwarzburg magnam in con-

et auri argenteique venustate fuſſe illuſtratum, qui prae omnibus populi aplaſsum mereretur, apud Hardt tom. IV. p. 1221.

5) tom. IV. p. 28.

6) inferta eſt Hardtii Actis tom. I. parte I. p. 155.

concilio laudem nactus, supremus aulae Caesareæ index in concilio et comitiis Constantiensibus, durante concilio vita funclus est. Conradus abbas Pegauiensis in Actis Concilii<sup>7)</sup> inter illos, qui in eo Capitula Narbonensis iurecurando firmarunt, e MSC. Brunsuicensi, Lipsiensi et Gothano his verbis commemoratur: *Conradus, Abbas Pegauiensis, ordinis s. Benedicti.* De praefentia denique legatorum academiae Lipsicae in concilio Constantiensi testimonium perhibet Dacherii historia magnatum in Constantensi concilio primis conciliis annis XIV. et XV. quae e MSC. Vindobonensi in Hardtii Actis Concilii tom. V. his verbis descripta legitur:<sup>8)</sup>

*Johannes Munsterberg* { *Doch. in Theol. VI. Personae.*  
*Petrus Storch*

De Petro Storch tom. IV. idem relatum legitur:<sup>9)</sup> *Petrus Storch in Theologia Doctor pro uniuersitate studii Libicensis; et idem de Alberto Wahentrappio ibidem his verbis: Cunzo de Swola auditor caesarum sacri palatii apostoli, et Albertus Wahentrappe pro se et Archiepiscopo Pragensi, scilicet subscrisserunt.* Eorundem nomina recensentur in actis concilii apud Coletum tom. XVI. p. 1420.

Antequam vero de vita et fatis eorum, quae e tenebris istorum temporum erui possunt, in medium proferam, in id inquirendum esse videtur, quod non immerito dubium incertumque haberi solet, num *Iohannes Hofmannus, Theologus quondam Lipsiensis, postea vero episcopus Misnensis, inter illos fuerit, quos academia ad concilium misit legatos?* aut, si hoc non sit, num ut episcopus Misnensis concilio interfuerit? sed neutrum est factum. Sunt quidem, qui id sibi persuadeant, e quibus si Jacobum Lenfant nominauerim, huic opinioni haud leue pondus addidisse videri possem. Hic enim in splendido opere de historia Concilii Constantiensis lib. I. §. XXII. eum concilio interesse sinit, et A. XIV. tanquam episcopum Misnensem (ad cuius dignitatem secundum Schneiderum in Chronico Lipsiensi et alios A. XIII. euectus fuerit: sed euectus est demum A. XXVII. die VI. Iunii post obitum episcopi Rudolphi de Plawen) cum Nicolao ep. Mersburgensi et Gerharo, Numburgensi, qui forte Constantiam nunquam vidit, a Friderico Bellico eo missum esse, res suas ibi praeclare gessisse, Husso ob evectionem suam ex academia Pragensi haud bene cupiisse, et apologiam pro supplicio Hussi ibi scripsisse, affirmat; at nihilo feciūs candide fate-

tur

7) Hardt tom. IV. p. 494.  
 8) p. 25.

9) p. 602.

## VIII

tur; esse, qui de eius praesentia in concilio dubitent, quanquam ob-  
magnum historicorum numerum, qui id affirment, et res singulares de  
eo narrent, impossibile esse putet, de eo dubitare. Vnde hauserit haec  
dottiissimus Lenfant, facili coniectura ii quidem assequi possunt, quos  
non latet, Martinum Hanckium, ad quem prouocat Lenfant, in libro  
de Silesiis indigenis eruditis, viginti annis ante edito, idem probare  
voluisse. Verum audiamus, quibus ille utatur huius rei testibus. Sunt  
illi Ioh. Cochlaeus in Hussicarum historia, Abraham Bzovius in Annali-  
bus ecclesiasticis, Matthaeus Dresserus, qui in Historiarum millesimario  
VI. Parte II. de Iohanne Hofmanno, episcopo Misnensi XXXVI. scribat:  
*adfuit in concilio Constantiensi, ubi fama et celebritate noninis omnes Theo-  
logos superauit. Mirum profecto! Quid? quod in Catalogo quodam  
episcoporum Misnenium MSC. de eo legitur: Inter omnes Theologos in  
Concilio Constantiensi praesentes contra Hussitas haereticos nominatisimus  
habitus est. (At ne nominatus quidem est) et in impresso: Ad syno-  
dum Constantensem proficitur, ad quos sumtus tolerandos et oppidum  
Nossam Henrico Oederano, abbatи Veterocellenſi, verdidit, et a collegio  
suo maiores, quam illus maiorum, exactiones postulauit, quae res magnae  
ei iniudiae fuit. Nossam quidem conuentui Veterocellenſi, verum non  
Henrico Oederano, sed Vincentio abbate, ab eo venditam esse, dubio  
caret, teste Chronicō Cellensi, quod apud nos aſteruatur et rem sic nar-  
rat: Anno MCCCCXXX. Dominus Vincentius emit caſtrum Nussin pro  
quatuor millibus et ducentis florenis, quae verba, ut totam historiam repe-  
tit Ioh. Conr. Knauth in Chronicō Veterocellenſi octo partibus edito  
Parte V.<sup>a)</sup> Verum hic non ſolum noui quid de itinere eius Cónstan-  
tiam fuſcepto fingit, ſed etiam Catalogo epp. Misn. contradicit eiusque  
fidem infringit. Fingit nimurum Iohannem IV. cum adhuc Professor  
Lipſiensis fuerit, Cónstantiam ad concilium profectum eſſe, et magnam  
aeris alieni vim ad sumtus itineris tolerandos contraxisse; at enim  
vero legati academicī, vt ſcimus, perfonam in eo nunquam fuſtinuit,  
et vt episcopus Misn. ibi eſſe non portuit, tum enim adhuc Rudolphus  
de Plawenitz episcopus erat, cui Hofmannus A. XXVII. demum ſuc-  
ceſſit. Nihil igitur huic, nihil catalogis ifitis, ſerius quippe conſcriptis  
tribuendum, ideoque nec eorum relationi de praefentia Iohannis in  
Conc. Conſt. fides eſt habenda.<sup>b)</sup> Eadem profecto ſententia de omni-  
bus*

IO a) p. 14.

IO b) Veram historiam huius ven-

ditionis vide apud cel. Vrſinum de tem-  
plo cathedrali Misnensi, p. 93.

bus scriptoribus, ad quos Hanckius in libro, quem ante nominauimus,<sup>11)</sup> et cum eo Lenfant prouocat, ferenda est; horum enim alii uno alii duobus, et ultra, saeculis recentiores sunt Concilio illo, et alterum securè sequitur alter, noui quid hinc inde comminiscens; comminiscuntur enim, vt dictum est, eum ad sumtus itineris ferendos vendidisse vrhem et castrum Nosslen, quod anno XXX. demum factum est; comminiscuntur, eum in ipso illo concilio, in quo praefens haud fuit, apologiam pro supplicio Hussi scripsisse; comminiscuntur, in Concilio Constantiensi, auctor est Cochlaeus, fides sit penes ipsum, praeclara eruditione insignem inter episcopos illius temporis enituisse; comminiscuntur, cum a Friderico bellico ad illud missum, idque die XVI. Nov. A. XIV. ingressum esse, tantoque magis patribus congregatis eximium ostendisse iudicium suum, quanto grauioribus et controversiis expediendis et decretis condendis adfuerit, rel. (Hanckius p. 137.) Sed cur non ostendunt nomen eius in actis, in quibus omnia reliquorum omnium episcorum, Germaniae imprimis, quae antea laudauimus, nomina leguntur? Cur silent aucta vniuersa nomen Iohannis IV. non incelebre, et alia proprie innumera, de quibus nihil omnino constat, et quae scire nihil omnino refert, sollicitate et curate enumerant? Quia non adfuit; et per consequens omnia, quae recentioris aetatis scriptores de itinere eius Constantiensi tradiderunt, e traditione haussisse videntur, cui aliquos inter eruditos recentiores de historia in vniuersum optime meritos subscribe re portuisse, miror. Plane igitur consentio cum Cel. Ursino, qui in descriptione templi Cathedralis Misn. e monimentis illius data, rem istam recte negat.<sup>12)</sup>

Sed reuertarum nunc, vnde digressi sumus, ad legatos nimirum, quos academia Lipsiensis vere ad Constantiense Concilium misit. Inter illos eminet Iohannes Otto de Monsterberg, primus, vt inter omnes constat, academiae Rector, cuius imagini, quae conclave inclutarum quatuor nationum quam maxime ornat, ego quidem id, quod icunculae primi academiae Wittebergensis Rectoris, Martini Pollichii Mellerstadii, in conclave principum posita, subscriptum legitur, lubens subscriberem: aureus hocce loco stare diu merit. Hic vir, meritorum in academiam Lipsiensem copia et magnitudine vere illustris, primus fuit inter XLVI.

Magi-

11) Cap. XXVIII §. XX. p. 139.

vationes Miscellaneas Lipsienses. Tom.

12) Ursinus in der Geschichte der Domkirche zu Meissen p. 99. cf. Obser-

VI. p. 169.

Magistros et Doctores e Pragensibus Lipsiae receptos, et a die ante fel-  
lum Simonis Iudee A. MCCCCIX. inter Magistros Lipsienses intitulatos,  
inter quos quoque Petrus Storch, Cygnensis, et Albertus Wahrentrapp,  
Bavarus, nominantur, indici academie inscriptus, primus, qui sceptra  
academica A. MCCCCIX. capeſſuit, die lunae ante S. Barbarae locum  
professoris Theologie naſtus; primus, qui dignitate Procancellarii ad  
magistros a facultate philosophica examinandos et promouendos ornatus  
est a Walthero Koekritio, Ep. Mersb. quem Alexander V. A. MCCCCIX.  
academiae cancellarium creaerat, hac lege ei poſta, vt curam gerat,  
ne niſi in scientiis et facultatibus ipſis ſufficien- docli, digni et idonei  
reperti gradus academicos adipiſcantur, his ab eo verbis additis: *super  
quibus eius conſientiam oneramus.* Si quis aliis, hic certe de academia  
Lipſiensi praecellare meritus est, de quo inter alia fundatio collegii B. Ma-  
riae Virginis illuſtre et ad omnem posteritatis memoriam inſigne teſti-  
monium preebet. Nec non scriptis aliquot editis et de academia et  
de orbe literato, vti aetatis illius ratio ferebat, bene meritus, et ſaltem  
tum aliquam nominiſam famam conſecutus est. Dabimus eorum Catalogum, ab Hanckio l. c. §. XXXI. exhibitum: *Inter opera, quae Iohannes Otto ſcripsit, primum continent orationes ad Clerum. Secundum con- tinent Quaefiones Magifleriales. Tertium eft veteris logicae commentariorum liber. Quartum eft nouae logicae commentariorum liber. Quintum eft com- mentariorum in proprietates logicas liber. Sextum complextitur commenta- riorum in Petri Lombardi Sententias libros quatuor.* Concilio Conſan-  
tienſi eum interfuiſſe, antea probauimus; quae vero inprimis ab eo aſta  
fuerint, relatum nullibi legimus; interim cum Doctores academicci, vt  
in aliis concilis, ita et in hoc ad examinandos articulos de haereſi ſuspe-  
cios, et aliter, quam ecclesia tum iubebat, propositos atque explicato-  
res, adhiberentur, id quoque negotii Iohanni et eius sociis, Storkio  
et Wahrentrappio datum fuſſe, ſatis tuto affirmari poſſe videtur, idque  
tam historia conciliorum, quam inprimis Andreae Episcopi Magorensis  
Hispani, Gubernaculum Conciliorum, e MSC. ab Hardtio tom. VI.  
Actorum Conc. Conſt. editum, docet Parte VI. Cap. III. *de Sententia  
illorum, qui doctribus et magifbris et aliis quibuscumque tribuunt ius ſuffra-  
gii in Concilio.* Sed Mainferbergius finem Concilii, qui die XXII.  
Aprilis, quo ſeffio generalis XLV. et ultima fuit, vel si maius, die XV.  
Maii A. MCCCCXVIII. quo Papa Martinus V. ultima ſacra publice fe-  
cit, contigit, non vidit, duobus enim prope annis ante eum Lipſiam  
reuersus, ibi diem obiit supremum. Ita nimirum factum eſſe, vt do-  
ctorum

ctorum alii e concilio abierint, alii ad illud accesserint, testis est historia eius eo ipso tempore latine scripta, ab Iohanne Agricola autem germanice edita anno 1529.<sup>n.</sup>) Noster igitur eadem libertate usus, domum reuersus, mortuus A. MCCCCXVI. in vigilia annuntiationis Mariae et in Aede Paulina sepultus est, ubi inscriptio sepulcri eius est:

B 2

Anno

13 lit. I. VI. Da sprach der Cardinal von Camerac, Magister Iohann Hus, weil ihr euch wolter in grude geben des heiligen Concilii, und desselben Vnserreiche unterworfen sein, so wifst, das ewer Vnserreich wol von LX Doctorum, welcher erliche ist hinweggezogen sind, und die Parysser sind seyn des herkommen, und ist ir erkennis also, das ir on einigs widersprechend aus befelch des Concilii erlich demuthiglich eroren iirthum erkennen in diesen Artickeln, welche ir bisber gehaben habt.

Hic pauca de rarissimo hoc libello dicere non abs re fore existimo, quem existeret alii dubitarunt, alii se ignorare sacci sunt, inter quos doctissimus Walchius fuit, qui in Biblioth. theor. fel. P. III. p. 260. notitia eius se carere atque ignorare, num lucem videtur, fatetur. Dabo igitur titulum libelli tantae raritatis, et historiam eius. Titulus est: *History und warhafte Geschichte*, wie das Heilig Evangelion mit Iohann Husen im Conclio zu Cosnitz durch den Bapst und seinen anhang öffentlich verdampft ist, Im Jahre nach Christi unsers Herren Geburth, 1414. Mit angebenter Profection des Schreibers, der bey allen Stricken und puncten gewesen ist. M. D. XLVIII. Historiam libelli e literis Ioh. Agricolae ad typographum Hanouinem si habeto: Ich habe überkommen ein Buch zu Latin geschrieben, wie der fromme Gottesfreundt Iohann Hus, zu Cosnitz umm der leere willen des Euangeli von der Synagoga des Widderschriftis verbrent ist worden. Es ist aber gefunden worden

in der Bibliorheca eines Doctors der Erzey Paulus Rockenbachs zu Zeytz, und durch meinen guren Freund, Nicolauem Krombach verdeutscht. — Wer es geschrieben hat, weiß ich nicht, doch hält ich, es habt Petrus der Notarius gehabt, welches oft hier gedacht wird, Mit vleis ist es registrirt, und auf die fürnemsten punzen gros acht gehabt, sonderlich wie Iohann Hus darauß bestanden ist, man soll in eines bessern berichten, und wie summe sie darauß gewesen sind, auch wie seine Appellation an Ihesum Christum für einen yrthunam erkant ist worden. Es sind noch dabinten, wie Hieronymus von Praga verbrannte ist, unnd viel schöner trefft briefe, die Iohann Hus aus dem gefengnis geschrieben hat zu seinen guren Freunden, vom kampff fleischs und bluts, reich von geist und worten, die solt ir auch hald haben, Bitter Goet für mich, Datum Eisleben, Sonntag nach Iohannis Evan. 1529. Iohann Agricola Eisleben. Iohann Cochlaeus in der Historia Iohann Hus in Behem, auctorem Hussitanus esse affirmat. Hoc saltem certum est, Petrum Notarium inter amicos Iohannis Hus in astri Conc. commemorari apud Hardt toni, IV. P. IV. p. 308. Eodem venit etiam Imperator Sigismundus, quem Wenceslaus de Duba, et Dominus Iohannes de Chlum, et Petrus Notarius, amici Iohannis Husi secuti sunt, ut ex zum negotiorum viderent. Baccalaureum fuisse, ex Krombachii versione Codicis Ciz. lit. F. fol. vlt. discimus: auch herr Wenzel von Duba, und herr Hans von Chlum, und Baccalaureus Peter in Schreiber.

Anno Domini MCCCCXVI. in vigilia annunciationis virginis — Mariae obiit Venerabilis Dn. MGR. IOH. OTTO MUNSTERBERG S. Theol. Professor Hic sepultus — orate pro eo.

E laudibus Munsterbergii, quibus iure meritoque ornatus est a multis, eam modo hic repeteremus, quae magnae existimationis et famae eius apud posteritatem documentum est, et legitur in Anonymi Centuria de scriptoribus academicis Lipsiensibus, Wittebergenisis et Francofurtanis Cap. I.

Ille ego, qui pridem Pragensi laetus in urbe  
ingens Theologus Doctor et Artis eram:

Quique prior studii posui Fundamina LIPZIS,  
hic jaceo, tenui carne sepultus Homo.

De Petro Storckio pauca sunt, quae scimus, nihil enim de eo constat praeter hoc, quod omnium primus minoris collegii principum collegiatus; A. MCCCCXII. Decanus Facult. Artium Sabbatho ante festum Galli ex Natione Misnensium, et A. XIII. die Galli academie Rektor electus, quo anno solenni publicationi bullae papalis de praebendis Professorum in canoniciatibus Misnensi, Numburgensi et Cicensi, factae in monasterio S. Thomae interfuit, et in actis publicis dicitur: Magister Petrus Storch, in sacra pagina licentiatus et baccalaureus in decretalibus; A. X.V. ad Concilium Constat. missus, et denique auctor sit duorum MSC. quae in Bibliotheca Paulina afferuantur: Doctoris Petri Storck de Zwickauia Registrum in lib. IV. Sententiarum. Eiusdem in lib. IV. Thomae contra gentes. Inter legatos ad Conc. Constat. praecipias partes tenuisse, ex actis academie publicis haud obscure colligere licet; nam in rationario antiquissimo vniuersitatis anni MCCCCX et sequ. de eo memoriae proditum est in textu f. 8. Idem rector (M. Iohannes Krath anno MCCCC decimo quinto) accepit mutuo a facultate artium XX. quatuor florenos rhenanos, quos direxit exemplo Magistro Petro Storch ad concilium generale Constantiense, et eadem facultas mutuaquit alios XX. quatuor florenos rhenanos pro bulla praebendarum, et medietatem illorum XX quatuor florenorum aliae tres facultates de promouendis, si quos habuerint, solvere debent. Item praefatus rector ex mandato domini Friderici Marchionis Misnici direxit M. Petro Storch ad concilium Constantiense bullam praebendarum; et in indice: Vniuersitas mutuo accepit 24. florenos a facultate artium missos Magistro Storch ad concilium Constantiense, quorum medietatem aliae tres facultates de promouendis solvere deberent.

et

*et: bullæ præbendarum Magistro Storch ad concilium Constantiensem missa,  
mandato D. Friderici, marchionis.*

De Alberto Wahentrappio altum silentium, sed tamen in historia Concilii Conf. nobilitatus, vñus enim ex collegis est, qui ab Husso ad testimonium ferendum publice excitatus, et dicere quidem ausus, sed non auditus fuit; et vñus ille, qui simul legatione Archiepiscopi Pragensis in eo functus est.

Nunc igitur, quae de academiæ Lipsiensis origine, de qua Wahentrappius testimonium, rogante Husso, ferre debuit, in Conc. Conf. præsentibus in eo legatis eius, acta sint, videamus. Inter crimina Iohanni Husso ab hostiis et accusatoribus suis, Stephano Palez, qui tum ambassiator Episcopi Luthoniensis et vniuersitatis Pragensis,<sup>14)</sup> antea Husssi amicus et familiaris fuerat, (et hic idem, atrocissimus eius accusator et hostis, datus est ei auditor a Concilio ad examinandum eum) et Michaelo de Causis, auctoritate curiae romanae munito et misso, publice in confessu concilij obiecta, hoc quoque fuit, quod Wenceslao Bohemiae Regi auctor suaforque extiterit, vt tribus nationibus Saxonicae, Bavariae et Polonicae, non tria suffragia in conferendis honoribus et beneficiis, vt hucusque fuerat, sed vnum modo, et Bohemicæ nationi itidem vnum suffragium concederer, quae res ingenibus turbis et tandem discessui trium nationum occasionem dederit; tantum nimirum auctoritate Hussum apud Sophiam reginam valuisse, cui a con-

B 3

fessio-

14) Hardt tom. IV. p. 595. et e Codice Cizeni Ioh. Agricola lit. A. fol. VII. Vnterdem kam M. Stephanus Palez gen. Cosnitz mit welchem M. Stanislaus von Zanow aus was geritten, aber noch in Bebenem zum neuen Haus an der Pestilenz gestorben, Dieser Palez als er gen Cosnitz kommen ist, bat er sieb sobald zu einem gesellt, der bies Michael de Causis, welcher ein arreger und widderwärtiger war M. Iohann Husfen, Also haben sie erliche Artikel wider M. Iohann Husfen beschrieben, damit sie zu allen füremelchsten Cardinalen, Erzbischöffen, Bischoffen und andern Prelaten umbließen, und dasselbige zugleich tricben, und M. Iohann Husfen also fürbrachten, und beschuldigten mit sterten aurenge, das man in gefangen nemmen solt, — Dieser Palez was von Ingent auf ein großer Frunde und geselle gewesen Magister Iohann Husfen. Et ibid. lit. K. iii. Hufsum publice amicum suum dicit: *Vnd Iohann Hus zeigte auf den Palez, und sprach, Dieser mein Freund hat wol gekant einen Nicolaum Faulisch, séliger gedecktnis, dersellige bat bemalte Schrift (Wickeffs) bracht etc.* Narratio historica de condemnatione et supplicio Ioh. Hus, in Opp. Husi Tom. II. p. 344. perhibet, comprehensum Ioh. Hussum atque in carceres coniectum maxime virgente M. Stephano Paletio, in quem Huslus multa consultarunt beneficia, et Michaelo,

fessionibus erat, vt illa Hussi precibus fatigata tandem decretum regis de paritate votorum trium illarum nationum, et vnius, Bohemicae scilicet, extorqueret.<sup>15)</sup> Culpa igitur Hussi sadum esse, vt tres nationes ex academia Pragensi discederent, et Lipsiam commigrarent. Haec res gesta est in examine Hussi publico secundo, praesente Caesare, die veneris, VII. Iunii, mane hora septima, A. XV.<sup>16)</sup> Vbi inter varios articulos, aduersus Hussum prolatos, hic quoque proponebatur, quod seminauerit discordias inter ecclesiasticum et politicum statum; deinde, quod scholam quoque Pragensem per discordias dissoluerit. Responsionem Hussi ad primam criminacionem tacemus, quia nihil ad nos, verum, quid secundae opposuerit, indicabimus. Tum Iohannes Hus, ita verba sonant in Actis e MSC. Lipsiensi, ad alteram articuli fibi obiecti partem perrexit, illud quoque negans sua culpa accidisse, ut natio Germanica ex schola Pragensi discederet. Sed sum idem rex Bohemiae, iuxta fundationem patris sui Caroli quarti, tria suffragia Bohemis, quartum ipsis

German-

<sup>15)</sup> Rem gestam e Cœchlae Historia Iohann Hufsi in Behem A. fol vlt. subiiciemus: Die Teutschischen Doctores und Magistri weren ihm (M. Iohann Hussen) zu stark gewest, wo er het sich öffentlich unterstanden des Wickleffs Leer zu verredingen, so unterliess er doch nicht, solch giff beimlich aufzubreyten. Auff dass er aber der Teutschchen losz würde, und das giffz möcht frey ausgiefzen, riechet er ein neue practiken an durch Magistrum Hieronymum von Prag und andre Behem seine gesellen, Ein new. privilegium vom König Wenzel zu erlangen, Nemlich das die Behemisch Nation in der Universität solz allein so viel gewalts und rechrens haben in aller welting und nurzberkeye, als die andern drey zubauff. Das binfort die Behemisch nation nicht den vierdten sonder den halben zeyl haben solz, unnd die ander helfze solz unter die andern drey nationes gleich ausgerheit werden. Als sie nun solchs vom König erlangen hattien, biengen sie an sich die Bürger von Prag, welche offissimale geharnisch für die gross Collegium Caroli quamen, die Teutsche durch

Furcht zu dringer, das sie in solch privilegium solten bewilligen. Es halff die Teutschchen nichts, wie gute Wort und hohe Vermahnung sie fürgaben, Die Behem machen ein neuen Rector, und einen Dechanen, wider die statut und Gewohnheit der Universität, und namen den Teutschchen die Schlüsseln zu den kleynoten und zum gelb der Artisten faculties zugehörig, auch zu der Liberey in Collegio Caroli. Solchen gewalt un hochmuth trieben sie offissimale, daß auch Magister Ludolff Meyermann, ein Sachs, gebawen wurde, und wo ihm Magister Iohann Hofmann (dazumal Rector und bernachmals Thumberg und eutlich Bischoff zu Meissen) nicht geholfen het, so were gar erschlagen worden ym Collegio Behemen. Decretum regis de hac re die 13 Octobris. A. IX promulgatum in lector lectorio exhibet Balbini Epitome rerum Bohemicarum lib. IV. c. VI. p. 428. et Lensau historie de la Guerre des Hussites lib. IV. §. V. p. 54.

<sup>16)</sup> Hardt tom. IV. p. 312.

*Germanis confessisset, ibi Germani indigne ferentes, se parte suffragiorum, quae tria habuerant, fraudatos esse, vltro abierunt, iuramento et grauisima poena famae et pecuniae se adstringentes, ne quis ex eis Pragam rediret. Interim ego hoc audire non recuso, quod factum regis, cui ego obedientiam debebam, ad nationis meae commoditatem approbavi. At ne putetis, me falsa dicere, adeo hic Albertus Warentropius, qui tum erat Decanus facultatis artium,<sup>17)</sup> et una cum aliis Germanis in discessum iuraverat. Is si vera dicere velit, facile me haec suspicione liberabit. Sed hic Albertus, cum vellet aliquid dicere, non est auditus, scilicet, partim, ne quid ad excusandum Hussum diceret, partim, ut pluribus et grauioribus Hussi inimicis copia dicendi fieret, Nasoni nimirum et Palezio, quorum ille affirmauit, hanc rem sibi satis perspectam esse, se enim tum in curia regis fuisse, et vidisse, quod Magistri trium nationum Germanicarum, Bavaronum, Saxonum et Silesiorum, quibus et Poloni conumerati fuerint, supplices ad eum venerint et petierint, ut ius suffragiorum sibi adimi non patetur, et regem tum quidem promisisse, se hoc, quod peterent, prouidere velle, sed Iohannem Hussem Hieronymo et aliis Regi, ne id faceret, persuasisse; hic vero, Steph. Palez, hoc addidit, non solum aliarum nationum, verum etiam iphius Bohemicae viros eruditos per Iohannem Huss eiusque consilia fuisse electos e Bohemia, ex quibus adhuc sint, qui in Moravia exulent; ad quae Iohannes Huss, Quomodo, dixit, hoc verum esse potest, cum ego Pragae eo tempore non fuerim, cum illi, quos dicitis, discesserunt?*

17) Haec e Codice Cizenii, a Krombachi idiomate germanico donato, illustrabimus. Pronocat Hullus ad testimonium Warentrappii, cur non Munsterbergii, vel Storckii? Probabiliter hoc factum est ideo, quod Warentrapius Hussu praefecto adseruit, sed ita iuxta virulentissimum Hussi accusatorem Stephanum Palez, tesse illa historia MSC. cuius verba illi sic verit: *Da stund auff Magister Palez un Sprach also, was iſt das einer viel bedingt, und doch nicht heizt, ob ich gleich allie bedingt, ich wolle Magister Albertrum, der bey mir sitzt, nicht schlagen, und schläge ihn doch.* Satis apposite ad rem! De actis inter Hußum

et Warentrapium sic haber: *Solcher Eyde aus der Universität Praga hinweg zu ziehen, und dahin zu studiren nicht mehr zu kommen haben sie mit vier großen pecunien, als Meyneids, trewe und ebre, und hundert Schock großchen bestirzt, und Magister Iohann Husse zeigte mir Fingern auff einen, der bies Albrecht Warentrap, der war der selbigen einer, und war auff dasmal Dechant der Facultät der freyen Künste, derselbige stunde auff und sprach, Hochwürdigen Verer, auff das Iohann Hussem nicht, als habe er war geredet, geglaubt werde, bitt ich, ir woller mich auch hören. Aber man bat ihn nicht wollen hören.*

runt?<sup>18)</sup>) Husius in super innocentiae suae in discessus istius causa testimoniū Rectoris et Vniuersitatis Pragensis, die 1 Sept. A. MCCCCXL. scriptum, et sigillo vniuersitatis munītū, Concilio exhibuit, quod affirmabat, falsum esse, quod is extiterit causa, quamobrem quidam Magistri Teutonici expulsi de Praga fuerint, et quod ipsi nolentes almae vniuersitatis Pragensis priuilegium foundationis tenere, nec serenissimi Principis, domini Wenceslai, Romanorum et Bohemiae regis licitis mandatis parere, putantes, quod absque eorum praesentia non valeret Pragensis Vniuersitas subsistere, nullo pellente abierint.<sup>19)</sup>

Quaenam vero tandem sententia in Concilio de hoc articulo, qui sextus erat, lata est? Miraberis! Nulla. Tam perspicue, tam clare innocentia Husli hac ex parte innotuit, ut eum propterea poena dignum pronunciare, ausi non fuerint. Rem ex Aclis consciemus. Probandum erat, Hussum auctorem fuisse dissidiōrum, per quae dissipata fuerit academia Pragensis discessu Teutonicorum, et commigratione Lipsiam facta. Id quomodo factum sit, vide, sed ne rideas, queſo! Item sextus articulus (in Lipsensi codice septimus) in quo continetur, quod Iohannes Hus pertinaciter articulos erroneos Wicelle in ciuitate Pragenſi in schoulis publicis et praedicationibus publicis praedicauit et defendit, etc. fore verum, probatur per unum Plebanum Pragenſis Dioceſeos, reddens causam scientiae, quia dicit, se ſaepius ab eo audiuiſſe, in diputationibus publicis ac in praedicationibus et sermonibus publicis praeditaſſe: Per unum Abbatem, qui dicit, articulum fore verum et notorium ex communī fama: Per unum doctorem in Theologia, fore de veritate: Per unum decretorum doctorem, ex fama multimoda: Per unum canonicum Pragensem, ex communī fama: Item VII. articulus, in quo continetur, quod propter praemissa in ciuitate Pragenſi fuit facta magna ſeditio, et ſcandala etc. fore verum, probatur per unum Plebanum Pragenſis Dioceſeos, et reddit diuerſas causas scientiae: Per unum doctorem in ſacra Theologia, ſimiliter probatur, fore verum,

18) Haec in Codice Cizensi hunc in modum illuſtrantur: Iohann Husſi antwort und ſagte, Es iſt nicht, das ſie meinerthalben vertrieben sind, bin ich doch aufſelbige mal zu Praganicht geweſen, da ſie weggezogen ſind. Da ſprach der Cardinal von Camerach zu Iohann Husſen alſo, Magister Iohann, du reddest nechſt im Thurn viel geduldiger, denn du iſſt thußt, und wiſſe, das dein freche antwort

für dich nicht iſt, Iohanna Husſi antwort unſ sprach, Hochwürdiger Vater, wiſſet auch, das ſie auff dasmal viel ſeuerlicher mit mir redzen, denn ſie iſſt thun, Ira aber ſchreyen ſie alle über mich, darumb erkenn ich auch, das ſie alle mein Feinde ſind.

19) Historia Ioh. Husſi in Opp. ei. P. I. p. X.

verum, reddens diuersas causas scientiae: Per unum abbatem, fore verum, reddens similiter causas diuersas scientiae: Per unum vicarium Pragensis dioecesos de veritate: Per unum presbyterum Pragensis dioecesos: Per unum alium doctorem in Theologia, qui optimas causas scientiae reddidit: Per unum decretorum doctorem, ex auditu fide dignorum: Per unum magistrum in artibus et S. Theologiae magistrum, et reddidit optimam causam scientiae; Per unum presbyterum Luthomislenis dioecesos, similiter de veritate: Per unum protonotarium de veritate et notorietate. Quam grauis igitur fuerit sententia a Concilio d' hoc articulo, mirifice et egregium in modum probato, scire cupitis, lectores? En, ex actis eam habete! VI. Articulus omittitur, quia tractat de exclusione Teutonicorum de civitate Pragensi, et expulsione eorundem, quia non tangit praecise materiam Wiceliff, licet videatur esse probatus. Ohe! Quid igitur parturuerunt monites? Haec gesta sunt omnia praesentibus academiae nostrae legatis; utrum vero haec, an illa mala plurima maxima, quorum ingentem mollem ibi viderunt, et quotquot viderunt, tot monumenta status corrupissimi, miserrimi, deterrimi ecclesiae viderunt, magis notatu digna sint, iudicium sit penes lectorem!

Viderunt autem tres Papas, qui pallium Petri, vni tantum aptatum, simul ad se rapere omnes intenderant neroos, non vt partem de tunica, sed vt totam haberent, magno sane cum scandalio et damno ecclesiae, vnum post alterum de folio deturbari, illos elogio damnatae memoriae a Concilio ornari, Iohannem XXIII. sub vestitu stabularii latenter, e concilio fugere, capi, carceri in eadem arce Gottlebensi mancipari, in qua Hussus Papae huius iussu et auctoritate in carcere detrusus detinebatur, et in quo eundem habuit solum malorum suorum, et nunc in hunc nunc in illum duci, seu potius trahi, damnari, eiici, Papam scilicet, cuius pedibus haud ita pridem Caesar, deposita corona Imperiali, oscula fixerat, ex quo ille dignitati pontificali solemni ritu renunciauerat; antequam enim id fieret, imperator, (verba sunt codicis MSC. Lipsiensis,) surgens ex cathedra sua, regratius fuit eidem Domino nostro nomine totius concilii, et sua flectendo genua, et deponendo coronam, et osculando pedem ipsius Domini nostri.<sup>20)</sup> (In posterum.

20) Hardt tom. IV. p. 46.

## XVIII

sterum non erit sic!) Viderunt calicem, non obstante institutione et mandato Christi, laicis eripi seu potius e manibus extorqueri in sessione generali XIII. die XV. Iunii A. MCCCCXV. per decretum concilii, quo declarabat, decernebat, definiebat: *Quod licet Christus post coenam instituerit, et apostolis suis ministraverit, sub utraque specie panis et vini hoc venerabile sacramentum: Tamen hoc non obstante sacrorum canonum auctoritas laudabilis et approbata consuetudo ecclesiae seruauit et seruat, quod huiusmodi sacramentum non debet confici post coenam — et licet in primitiva ecclesia huiusmodi sacramentum reciperetur a fidelibus sub utraque specie, tamen postea a conscientibus sub utraque specie, et a laicis tantum modo sub specie panis suscipiatur.*<sup>21)</sup>) Viderunt triste exemplum perfidiae horrendae Caesaris Sigismundi et Pontificis Iohannis XXIII. Utique fidem suam interposuerat, Husum in itinere ad concilium et e concilio in patriam tutissimum fore; sed haec fides nulla fuit. Violata enim est a Caesare, violata a Pontifice. Lege, si placet, saluum conductum Caesaris, Husso datum Spirae die XVIII Octobris A. XIV,<sup>22)</sup> ei Pontifici ab Husi nunciis monstratum, et ab eo his verbis exceptum et confirmatum: *Etiam si Iohann Hus fratrem sibi germanum occidisset, se tamen nullo modo commissurum, quantum in ipso situm esset, ut aliqua ei fiat iniuria, quam diu esset Constantiae. Sed nihil feci facta est, et summa quidem, quae vñquam fieri potuit, facta est, cum Iohannes adhuc esset Constantiae.* Hus enim violata fide publica summorum in ecclesia et republica virorum in vincula datus, carceri mancipatus, accusatus, oppressus, inauditus damnatus et vistulatus est. Turpis profecto macula, nulla eloquentiae vi, nulla disputandi arte, nulla aetate eluenda.<sup>23)</sup>) Sed viderunt et audi-

21) Hardt tom. IV. p. 334.

22) Hardt tom. IV. p. 12. Royco *Gebichte der grossen allgemeinen Kirchensammlung zu Cölnitz.* et MSC. Cizen ex versione Agricolae, A. iii, vbi etiam narrat, Caesarem ex Longobardia aliquot nobiles viros misse ad Hussum, qui eum fide Caesari interpolata, et viterius per literas interponenda ad concilium inuitarent.

23) Non desuerunt quidem inter-

Pontificios, qui detestandae perfidiae istius patroni, apologetae et defensores esse omnibus, quibus valuerunt, viribus contenderint, quorum conatus iure reprehendit et improbat Archibald Bovver in der *Unpartayischen Historie der Römischen Paebele* P. IX. p. 119. Sed quis quaeso vir bonus causam perfidiae agere ausit, et non erubuerit? Homo perfidus, quisquis ille demum sit, indignus est tam hominis, boni ciuii

dixerunt publice in concilio affirmari, decerni, defendi: quod non obstantibus saluis conductibus Imperatorum, Regum etc. possit per iudicem competentem de haeretica prauitate inquire. <sup>24)</sup> Sed viderunt etiam Imperatorem in conspectu vniuersi concilii conscientia perfidiae pungi, et erubescere. Sic eam Huslus in sessione XV. Ob eam causam veni in hoc concilium liber, fide publica accepta ab Imperatore, qui praefecto adeſt, me ab omni vi tutum fore, ut innocentiam meam testarer, et uniuersique postenti rationem meae fidei redderem. Haec cum loqueretur, oculos in Imperatorem defixos habuit. Ille vero statim vehementer erubuit atque eius vereundus tinxerat ora rubor. <sup>25 a)</sup> De ista Caefaris perfidia in literis ad amicos e carcere datis, acerbe antea questus erat: Sigismund hat in allen Dingen fälschlich gehandelt — Gott verzeihe es ihm! Ihr habt gehört, in was für harten Ausdrücken er von mir geredet hat. <sup>25 b)</sup>

C 2

Et

civis et Christiani nomine, quam excusatione et defensione. Vtnam Cel. Ignatius Schmidt, clarissimus auctor Historiae Germanorum auctoritati et nomini suo pepercisset, nec rei pessima excusationem et defensionem P. VII. c. 14. p. 187. seq. suscepisset! Sed o incomparabilem virum Casparem Royco, veritatis amantissimum, iustitiae tenacissimum, qui tantum abest, vt in Historia magni et vniuersalis concilii Constantiensis germanice scripta patrocinium perfidiae istius in se fulcipiat, vt potius eam etiam in Caesare grauiter, vt virum bonum decet, et severe reprehendat. Veritas, fides, religio, plaudite viro optimo, plaudite! Caefarem quoque huius facti valde poenituisse, testis est Vlricus Reichenthal, Canon. Constantiensis, Caefari familiaris, in Constantiensis concilii Historia: Da Hus in der Pfalz behütter ward, in derselben Zeit hätt ihn unser Herr der König Sigismund gern gehofften und ledig gemacht. Forchte vielleicht seines Bruders Zorn, und auch, dass er desto fürderlicher der Beobemer

Huld verlöbr. Und meint, es wär ihm eine große Unehre, solt er also sein frey, sicher geleit, so er ihm gegeben hätte, also brechen. Da antworteten ihm die gelehrten: Es möchte noch könne mit keinem rechten seyn, dass kein Kaiser in der Ketzerey begriffen würde, möge noch könne geleit haben. Da unser Herr der König das erbörte und vernahm, da ließ ers gut sein.

24) Hardt tom. IV. p. 521 522. Husius perfidiae et malitiae vestigiis territus Mauritius Sax. Elect, noluit Theologos suos, cautioni Caroli V. confilos ad concilium Tridentinum mittere, et ad hoc decretum cone. Conf. prouocavit. Petrus Suanus in Hist. Conc. Trid. lib. IV. p. 353.

25 a) I. e. p. 393. Causa irae et odii Caefaris adueritus Huslum erat, quod illo praesente intrepide pronunciasse, regem in peccato mortali coram Deo non esse regem corona dignum.

25 b) Gilpins Lebensbeschreibung der bekanntesten Reformatorien vor Luther. p. 29.

Et quis est, qui excusare sustineat summam concilii exemplo Caesaris et Pontificis proteruiam in committendis criminibus edocet, et impietatem, et profanitatem, et iniustitiam, et crudelitatem? Impietatem? non enim erubuerunt, eo vsque malitiae progredi, ut fingerent, Husum sanctissimae Triadi quartam adieccisse personam, suam nimirum; sed quomodo confirmabant accusationem? *Vnius Doctoris testimonio cuius nomen celabant interim.* Tum *Hussus, depromitte, inquit, nome meo* Doctoris istius, testis contra me. Porro episcopus, qui accusationem legebat, Doctoris illius nomen prodere noluit, Dicebat enim modo: eo nihil opus esse.<sup>26)</sup> Profanitatem? Viderunt enim legati academiae nostrae vniuersum concilium in profanum risum solui, cum Hussus provocaret ad iustum iudicium Christi. Cum nimirum Hussus affirmasset, se iam antea ad summum iudicem Christum prouocasse, atque etiamnum prouocare, et nunc quoque publice coram omnibus, nullam esse iustiorem neque magis efficacem prouocationem, quam quae fiat ad Christum, rell. historia pergit: *Haec Iohannes Hus sancte et pie, ut omnia. Sed interea cum haec loqueretur, magnopere a toto concilio derisus est.*<sup>27)</sup> Quid? quod prouocationem hanc ad iudicem Christum id inter caussas reculerit, ob quas supplicium ei decernendum sit.<sup>28)</sup> Iniustitiam? noluerunt enim Husso permittere, ut reuocaret, et si voluisse, Id aliquando voluisse, sunt, qui nobis perfusum cupiant.<sup>29)</sup> Verum hic

26) Hardt l. c.

27) l. c. p. 311.

28) Agricola History Joh. Hus L iii Darnach haben sie gelesen, wie Iohann Hus zu Gor appellirt hetze, und solehe appellationen haben sie auch einen yrrebumb genannt und verdampt. Et sententia contra Hussum sacris exundum apud Hardt tom. IV. p. 437. hoc diserte ponit: *Hussum claves eriam ecclesiae et censorias ecclesiasticas vilipendisse, cum appellationem ad Dominum Iesum Christum, tanquam ad supremum iudicem, omisiss ecclesiasticis mediis, interposuerit, in qua multa falsa et iniuriosa posuit, et scandalosa, ipsius sedis apostolicae, censoriarum ecclesiasticarum risum tenea-*

*tis, vel potius iram cohabeatis, amici J et clavium in conuentum: Idecirco propter praemissa et alia plura praefatarum Iohannem Hus haereticum juuisse, haec sancta synodus prouinciat, et tanquam haereticum iudicandum et condemnandum fore iudicat, et condemnat per praesentes, dictamque appellationem, tanquam iniuriosam et scandalosam et illusoriam iniuridictioni ecclesiasticae, reprobando.*

29) Cochlaeus l. c. F. Denn Ulrich Reichenthal erwann ein Bürger zu Cottnitz, ein augensichtiger Zeug, schreibt, das beyde, Iohann Hus und Hieronymus von Prag, den Doctorn und Prelaten, die sie im gefencknus besuchten, verkeissen batten, das sie die aufgelegeten

hic duo obseruamus maxime contraria; primum, si reuocasset, nihilo secius  
perpetuo carceri mancipiatus fuisset ex decreto concilii, quod ex antiquo  
codice MSCro Lipsensi descripsit Hardt in Actis Concilii.<sup>30)</sup> Sacro-  
sancta synodus Iohannem Husa tanquam hominem periculosum fidei christia-  
nae, propter praemissa immurandum et includendum in carcerem, immurari  
et includi debere, et ibidem perpetuo remanere, pronunciat et dement. Se-  
cundum, quod si reuocare voluisset, quod tamen non voluit,<sup>31)</sup> (nec  
potuit, quia constanter et in rogo adhuc affirmauit, se ea neque do-  
cuisse, neque scripsisse, quae sibi imputentur, nescire igitur, quid  
reuocare debeat,<sup>32 a)</sup> tamen non licuisset, ut ex historia tertii exami-  
nis Ioh. Husi constat:<sup>32 b)</sup> Quidam vero satis bene saginatus sacerdos,  
et bene vestitus acclamans dixit at praefatos concilii: Nullo modo ad re-  
vocandum admitti debet. Scripsit enim ad amicos suos: Si etiam lingua  
iuret, mentem tamen iniurata se retinere velle; Non est itaque ei ha-  
benda fides.<sup>33)</sup> Quid quo Cochlaeus affirmet, ipsum Sigismundum

## C 3

huius

ren und überzeugen irthumb wollen wi-  
derrufen (welches dann Hieronymus wie-  
wohl unbefriediglich gerban hat) Und  
das mon deshalb zu Coßnitz dreymal,  
zu Freudenzythen, mit allen glöckern  
geleut habe.

30) tom. IV. p. 431.

31) ibid. p. 330.

32 a) Hardt tom. IV. p. 448. et  
MSC. Cicense apud Agricolam lit.  
M ii Ehe denn der Hencker das Feuer  
anzündte, kam noch zu ihm des Kais-  
fers Marßfalk, der von Pappenheim  
genant, und Herzog Ludwig von Bay-  
ern, und vermauten in, Daxer doch wohl  
seines lebens verschonen wolt, und das  
widerruffen, so er erwan gepredigt  
und gelchrt hette, und demselbigen ab-  
schwören. Aber M. Iohann Hus sahe  
auff inn Himmel, und antworste mit lau-  
ter Stimme, und sprach, Ach Gott du  
bißt mein Zeuge, das ich die ding, so  
mir durch fälsche zeugen aufgelegt wer-  
den, nie gelerct noch geprediget hab, son-  
der die fürnemlichste meine Predig und

meine meinung ist dahin gericht gewe-  
sen, Das ich allein die Menschen von  
sünden ziehen möchre. In der Wahr-  
heit aber des Evangelii, so ich aus den  
sprüchen und aufstiegung der heiligen  
Lerer geschrieben, gelrer und gepre-  
digte habe, will ich heut fröhlich sterben.  
Und als sie dies gehört haben, hat be-  
melter Marßfalk und der Herzog  
aus Bayern die hende zusammengeschla-  
gen, und sind von dannen geritten. Da  
haben die Hencker das Feuer angezündet.  
etc.

32 b) ibid. p. 326.

33) Haec apud Agricolam I. c. lit.  
I. F. vlt. sic illustrantur: Und es saß  
ein feyßer dicker Pfaff im fenster inn  
einen köstlichen Rock ein Preuß, der  
riesft laut heraus, Ja man solt den ke-  
tzer nicht dazu kommen lassen, das er  
widerruffe, denn ich weiß, wenn er  
gleich Widerrufft, so holt er es doch nicht;  
Urfach, Er hat in seinem Abschied aus  
Böhmen seinem anhang zurücke, geschrie-  
ben, und ist öffentlich gelesen, das  
wen

huius consilii auctorem fuisse.<sup>34)</sup> Crudelitatem denique? Innocenti enim rogum, ipsius proh dolor! Caesaris suasu,<sup>35 a)</sup> et cancellarii Acad. Lips. Nicolai Episc. Mersburgensis, deputati ad triste officium damnandi Husum, sententia et auctoritate, struxerunt die sabbathi VI. Iulii A. XV. Husi natali quadrageximo secundo, natus quippe erat die VI. Iulii A. MCCCLXXXIII. in Husinetz. Et hunc viderunt legati academiae nostrae. Vrinam non vidissent! Sed viderunt simul exemplum admirandae in perferendo crudelissimo supplicio constantiae martyris Iesu Christi, de qua Aeneas Sylvius, postea Papa Pius II. testimonium perhibet, quod non ad supplicium, sed ad festum ire visus sit, ad extremum usque halitum Carmen eucharisticum Deo dixerit, et hoc verissimum esse, quod nemo unquam philosophorum tanta constantia mortem, quam hic atrocissimum rogi supplicium tulerit.<sup>35 b)</sup> Viderunt et rogum Hieronymi, in eoque admirandum fidei et patientiae christiana exemplum.<sup>36 a)</sup> Quae denique mala viderunt legati

acado-

wenn er gleich zu widerrufen gezwungen würde, so wolt er allein mit dem munde thun, und nicht mit dem herzen, darum solt ir im gar nicht glauben, denn er wird nicht halten.

34) in der Historia Ioh. Huf's zu Cossnitz lit. D. f. vlt. das der Kayser Sigismund dem Hussen erlich mal selbes unter Augen gesagt habe, wo er nichts widerrufe und abschwöre die irtbumb, so werd das Concilium das rechte wider ihn geen lassen, so wisse und wille er keynen verbärrlichen Kerzer handhaben, er wolt ihn ee selhs verbrennen. Quaes res Caelaris Cancellario, Casparo Schlick, tam non probata est, vt potius tantae injuriae impatiens indignabundus abiret e concilio. (Gen. 49, 6.)

35 a) Hardt tom. IV. p. 328. Nisi igitur recanter illa omnia, ego cenis, ut ignis supplicio afficiatur. Haec Imperator! Et de Nicolao, Ep. Mersb. ad hoc deputato cum quatuor aliis Epp. p. 398.

35 b) Agreola lit. M. iii. und Io-  
hann Huf's hat mir lauter Stimme gesun-  
gen, einmal, Christe du Sohn des leben-  
digen Gottes, erbarm dich unsrer. Und  
aber einmal, Christe du Sohn des leben-  
digen Gottes, erbarm dich mein. Und  
als er zum drittenmal hat angefangen zu  
singhen, hat im der Wind die lob ins an-  
gesicht geschlagen, also hat er inn im  
selbs gebroter, und das haupr geregt, als  
lang man mochte drey Vater unsrer beten,  
und ist also verschieden.

36 a) in historia Bohemica cap.  
XXXVI. p. 105. Pertulerunt ambo con-  
stanti animo necem, et quasi ad epulas  
initiati, ad incendium properarunt, nul-  
lam emitentes vocem, quae miseri anima  
posset facere indicium. Ubi ardore ce-  
perunt, hymnum cecinere, quem vix  
flamma et frigor ignis intercipere poruit.  
Nemo philosophorum tam forti animo  
mortem perutisse fertur, quam isti in-  
cendium.

academiae Lipsicae ad concilium Constantiense? Cumulum malorum, quae nisi nobis e certis atque indubitatis historiae, tum quidem, cum concilium celebraretur, literis consignatae, monumentis constarent, in numerum τῶν ἀπίστων non tam referremus quam potius reiiceremus. Non soli Husto, detestanda in concilio isto facinora patrata deploranti, credere cogimur,<sup>36 b)</sup> licet nulla adsit ratio diffidendi, extant enim aliorum testimonia, testium nimirum oculatorum, quae vel in dubium vocare, vel negare, omnem fidem historicam negare esset. Loco omnium in medium prodeat Eberhardus Dacherius, Canonicus Constantiensis, in curia Electoris Saxoniae, Rudolphi III. consiliarius, valde spectatus et accuratior, quam Ulricus Reichenthal, rerum in concilio gestarum scriptor, a Rudolpho, cuius, ut Archimareschalli imperii, erat, explorare, qui in concilio hospites, et quae illius essent ex hospitum numero vel dignitate fata, huic negotio admotus, ut hospitum quotquot adessent omnium numerum conscriberet facta exploratione, vel dignitatis, vel officii, vel denique viuendi, quaecunque demum sit, conditionis. Conscriptionem illam literarum monumentis consignauit, quam Historiam Magnatum in Constantiensi Concilio primis concilii annis XIV. et XV. inscripsit, et Hardtius in Aetorum Cone. tom V. exhibuit. Hic, inuitus licet<sup>37)</sup> ab Electore iussus et coactus est, etiam nu-

merum

36 b) Epistola Joh. Husto in carcere Constantiensi ad Bohemos scripta in Lutheri Opp. tom. XVI. p. 2537. So ihr nun selbst zu Costanz gegenwärtig geweset wäreret, würdet ihr folches concilii, das heilig geissen, und dafür will gehalten sein, als könnte es nicht irren, Greuel und schändliches We- sen wol geschen haben. Denn auch die Schwaben selbst, wie ich von ihnen gebürt habe, sagen: daß ihre Stadt Co- stanz in dreystig Jahren solche Sünden alle nicht werde können verlöbnen welche in diesem Concilio schändlich begangen sind; insumma jedermann ärgert sich ab solchen Concilio, und thut den Leuten weh, daß es so schändlich alles zugehe. Corruptissimum ecclesiae tum temporis statum

descripsit Nicol. de Clemangis, in commentario de ruina ecclesie circa tempora Concilii Constantiensis, res- cuso et notis illustrato 1785.

37) Audiamus ipsum huc de re lo- quentem apud Hardtum in Prolegom. ad tom. V. p. 20, e codice MSC. Guel- ferbytano: Auch musi ich schambalich schreiben, dazu zwang mich mein gnädiger Herr Herzog Rudolph von Sachsen, der zu Costnitz Marschalck was, daß ich erfahren müßt, wieviel offendor Frauen zu Costnitz weren, und gab mir einen zu, der gut zu solchen Sachen was, Burgkarten von Haggelbach. Also ritten wir von einer frauen Haus zu dem andern, die solch Frauen enthielten. Und fanden in einem Hauss etwa 30.

in

merum mulierum suspectarum et meretricum consignare, et consignauit.<sup>38)</sup> Mulieres communes, quas reperi in domibus, et ultra, et non minus, exceptis aliis DCC. Addit, se reperisse histriones, pusu-natores, et eorum similes CCCXLVI. Et ne putemus, Dacherium solum esse, qui rem pessimam memoriae prodiderit, vel incredibiliter scripsiterit, afferemus ex antiquissimo Codice MSC. Vindobonensi Elstrauiano, de numero personarum Concilii, sequentia: Item ibi fuerunt XVC (1500) meretrices vagabundae. Item dicebatur, quod plus quam VC (500) homines de nocte sint submersi in lacu. Item dicitur, quod una meretrix lucrata est VIIIC (800) florenos. Item quidam ciuis Constantiensis vendidit uxorem suam Cancellarius regis, pro VC (500) Ducatis, pro quibus pecunia emit domum.<sup>39)</sup> O tempora! o mores! O sacrosanctum concilium ad reformatos doctores, auditores, clericos, laicos, fidem, doctrinam, vitam et mores conuocatum, quod tot ac tanta mala, tam horrenda scandala ac facinora, non solum impune tulit, sed etiam fouit! piros autem et sanctos viros, qui de morum emendatione clericos et laicos, magistratus et ciues ad monuerunt, ad rogam damnauit! Sed quid de reformatione, cuius causa id in primis conuocatum erat? Respondeat Dacherius: Das Concilium ist zergangen, und kein Reformation, wie der Kayser begehret, und gewolt hat, gemacht worden. Welche Reformation bis heutigen Tag die Geistlichen und auch Weltliche scheuen.<sup>40)</sup> Tantum igitur aberat, ut reformatio ecclesiae in illo susciperetur, ut ne tentaretur quidem, quanquam ex decreto Concilii sessione XL per papam vna cum concilio fieri debuit, antequam Concilium dissoluatur, eamque Imperator anxie desiderauit, Pontifex denique Romanus Martinus V. sancte promisit, sed reuera cum toto clero noluit, Constantiamque die XVI. Mai. A. XVIII. reliquit, relicta simul reformatione ecclesiae.<sup>41)</sup> Sed quam homines nec voluerunt, nec decre-

in einem minder, in dem andern mehr, ohne die, die in den Stellen lagen, und in den Badstuben. Und funden also gemeyner Frauen bey 700. Da wolt ich ihr nicht mehr suchen. Da wir die Zahl für ihn brachten, da sprach er, wir sollen ihm die heimlichen Frauen auch erfahren. Da antwortete ich ihm, das seine Gnade das there, ich were es nicht mechtig zu thun, ich würde vielleicht um die Sach

ertüdet, und möchte auch finden, das ich nicht gern bette. Da sprach mein Herr, ich habt Rechte. Und das bestund also.

38) Hardt tom. V. p. 50.

39) ibid. p. 51.

40) ibid. in Prolegom. p. 20.

41) Hardt tom. IV. p. 1452. et 1582.

decreuerunt, nec denique tentarunt, eam summa prouidentia Dei voluit ac decreuit, et centum reuolutis annis, potentissima sua sapientia perfecit, ac post Hussum, reformationis praecursorum,<sup>42)</sup> excitauit Lutherum, reformationis auctorem exoptatissimum, cuius memoriam nunc quoque pie sancteque colimus, eum quidem in finem, vt Deo pro insigni illo beneficio gratias persoluamus maximas, eiusque conseruationem et usum, non nobis solum, sed posteris quoque ardentissimis precibus ab eo efflagitemus.

Huius officii pietatis memores ut simus, et magnitudo beneficii illius diuini, et pium religiosumque institutum maiorum a nobis exigit, qui ne villa unquam aetate serae posteritati tantae felicitatis per reformationem sacrorum recuperatae memoria excideret, saera solemnia ipso die, quo opus illud Dei coeptum est, in templo academico celebranda instituit, cui ut nos quoque satisfaciamus, in illius diei solemnitate oratori pereruditio et diserto, G E O R G I O L V D O V I C O T R A V G O T T B A R T H O L D O , Roecknitio Misnico, Philosophiae et liberalium artium Magistro clarissimo et doctissimo, partes dedimus, gratias Deo O. M. oratione e sugestu sacro habenda, publice persolvendi. Enarrabit vero in illa pro ea, qua pollet, eruditione et facundia, Parallelus Hussi et Lutheri, vt, quod opus ab Husso coeptum fuerit, id a Luthero absolutum esse ostendat. Cuius argumenti gravitatem pariter ac iucunditatem ut Vestro assensu publice probetis, idque praesentia Vestra honorifica nobisque exoptatissima significetis, a VOBIS, COMITES ILLVSTRISSIMI, VTRIVSQUE REIPUBLICAE PROCERES GRAVISSIMI, COMMITITONES GENEROSSISSIMI, PRAENOBILISSIMI DOCTISSIMI QVE, verbis decentissimis atque humanissimis petimus atque contendimus.

P. P. Dom. XXIII. p. Trinit. A. C. MDCCCLXXXV.

42) Talem praedicat et laudat Lutherus Opp. tom. XI. p. 1472.

---

LIPSIAE

EX OFFICINA KLAVBARTHIA





Yc6769



56.

Retro V 3.1.01


H.C.

V 3.1.01





DE.  
LEGATIS  
ACADEMIAE LIPSIENSIS  
AD CONCILIVM CONSTANTIENSE  
COMMENTATIO HISTORICA  
D. FRIDERICI IMMANVELIS SCHWARZII  
THEOL. PROF. ORD. ET FACULTATIS THEOLOGICAE  
H. T. DECANI



LIPSIAE  
EX OFFICINA KLAUBARTHIA.